EXPENSÆ DIURNÆ EXECUTORUM, CUM COSTAGIIS BREVIUM, ET ALIIS. In expensis Thomæ Menskip, unius executorum, apud Hayton, xiiij^to^ die Martii, iij d.; xxiiij^to^ die ejusdem ix d.; xxviij° die Maii iij d.; eodem mense, xviij d.; et in mense Junii, per iij vices, ij s. ix d. Et apud Cawod, pro reparatione ibidem, xxiij die Aprilis, xj d.; xxviij° [die] ejusdem viij d.; xxvj die ejusdem mensis, pro inquisitione, xix d. Et apud Selby, ibidem pernoctando, xxiij° die mensis Aprilis, xxiij d.; xxvj^to^ die mensis ejusdem v d.; et in mense Decembris xvij d. Et apud Freiston, xxiiij^to^ die mensis Aprilis, viij d. Et apud Shirburne pernoctando in mense Aprilis, pro inquisitione, etc. xv d. ob. Et in mense Junii equitando se iij° Beverlaco usque Ebor. et de Ebor. usque London. pro obligatione domini Cardinalis Cantuar., et redeundo per Oxon. ad deliberandum legata defuncti collegio de Marton-Hall, lvij s. xj d. Et in mense Augusti Ebor. pro opere pictationis ibidem, et aliis negotiis defuncti, ij vicibus, x s. iiij d. Et eodem mense, apud Cawod, Wyvestow, et Selby, ij s. iij d. Et in mense Decembris apud Ebor. iij s. x d. Et eodem mense, ibidem, alia vice, pro pictoribus, v s. vj d. In expensis dicti Willelmi Hesilwod in eodem mense, apud Selby et Freiston, xviij d. In expensis ejusdem usque London, pro obligatione domini Cardinalis prædicti, et aliis negotiis defuncti, xxvij s. v d. ob. In expensis ejusdem usque Suthewell et Newerk, cum citationibus contra creditores defuncti, cum regardo dato decano de Newerk, viij d.—ij s. viij d. Et in expensis dicti Thomæ Menskip, se iij° a Beverlaco usque London et Fulham, eundo et redeundo, et ibidem morando, per vj dies, pro recuperatione debitorum dicti domini Cardinalis, et tractatu pro recuperatione aliorum debitorum defuncti, et pro aliis negotiis ejusdem defuncti, iiij li. x s. Et in expensis ejusdem Thomæ, se iij° a Beverlaco usque Ebor. ex mandato domini comitis Warwici, et ibidem morando per iiij dies, ix s. In costagiis brevium et processum juris, contra debitores defuncti apud London. et alibi, una cum feodis et regardis datis attornatis, solicitariis, et consiliariis executorum, vij li. xvj s. viij d. In expensis prædicti

Thomæ Mynskip usque London., et ibidem pro actionibus et querelis versus creditores defuncti, lxiij s. iiij d. *Summa* xxij li. ij s. j d.

PARDONATIO DEBITORUM, CUM DEFALCATIONE EORUMDEM. Et in diversis pecuniarum summis defalcatis et pardonatis creditoribus defuncti, viz. de l li. pardonatis de summa cc li. debita per dominum Cardinalem prædictum. De lxvj s. viij d. pardonatis Ricardo Hill de Hull de summa per eum debita, ut patet supra in titulo debitorum defuncti. De xxviij li. defalcatis de pretio libr' studial'. De xiij s. iiij d. pardonatis Johanni Colton de Beverlaco. De xl s. pardonatis Johanni Hamond de Hillom. De vj li. xiij s. iiij d. pardonatis Johanni Whalley de Wyvestow. *Summa* iiij^{xx} li. xiij s. iiij d.

ALLOCATIONES DEBITORUM NON LEVABILIUM. Et in debitis penitus illevabilibus, ut supra in titulo eorumdem, ultra lvij li. x s. de eisdem recuperatos apud Clifton-Campvile, et ultra c s. recuperatos de Thoma Radley de Stillyngflet, cx li. xviij s. iiij d. q. In aliis debitis non levabilibus apud Suthewell, specificatis inter bona debita, ut supra, viz. de Ricardo Ligearde, in diversis parcellis, x li. xvij s. vj d. ob. De Henrico Ligeard viij li. viij s. iij d. ob. De Henrico Sargeantson viij li. De Henrico Souleby de Cawod x li. xiij s. iiij d. De domino de Nevill de parvo curru, cum apparatu, ut supra, appreciato, nunc in custodia domini episcopi Dunelmensis per med. escaet. vj li. xiij s. iiij d. *Summa* clv li. x s. x d. q.

Summa omnium solutionum et expensarum prædictarum m.cccviij li. xvij s. iiij d. q.

Et, insuper, in elemosina data Johanni Duffeld, consanguineo defuncti, xl s. Et in allocatione debiti Petri Wilton, nuper ballivi decani et capituli Ebor., non levabilis, lij s. Et, præter præmissa, Johannes Duffeld, frater prædicti defuncti, clamat de prædictis executoribus pro annuo redditu xv l. sibi et uxori suæ per prædictum defunctum per cartam sive donationem prætensam sibi facto, viz. pro sex annis proximis ante mortem defuncti,* iiij^{xx}x li.

* I have given the whole of the entries in the Inventory to shew the property of a wealthy ecclesiastic in the fifteenth century, and in what way his riches were administered.

XXXIII. THE WILL OF MR. JOHN CASTELL, S. T. P., PRECENTOR AND CANON-RESIDENTIARY OF YORK, AND RECTOR OF RUDBY.

[Reg. Test. Capit. Ebor. i. 281.]

In Dei nomine, amen. Ego Johannes Castell,* indignus sacerdos, ecclesiæ sacrosanctæ filius pœnitens, ac fidei catholicæ subditus humilisque professor, compos mentis et liberæ proprietatis, sed incertus meæ dispositionis futuræ, cupiens horam meæ mortis magis prævenire quam ab ea præveniri, dum, favente Dei gratia, valeo, sic dispono, et testamentum meum condo sub forma quæ subsequitur. In primis *in manus Tuas, Domine, commendo spiritum meum*,† quem redemisti: in passione etenim Tua atque

* The beautiful and striking will of a York dignitary, John Castell.

On Sept. 23rd, 1402, a person of the name of John Castell was ordained subdeacon at York, the monastery of St. Andrew giving him a title (Reg. Scrope), and he, being a master of arts, was made deacon Sept. 18, 1406, receiving his title from the hospital of St. John, without the east gate at Oxford. (Reg. Dec. et Cap. *sede vacante*, 302 *b*.) In 1405 John Castell of Univ. Coll. was a proctor at Oxford. (Le Neve, iii. 480.) About 1413 he became master of Univ. Coll. (Ibid. iii. 537), and was made chancellor by patent dated April 17, 1422 (Ibid. iii. 467), and he held that office in 1425. (Hist. Univ. Oxon. v. 42.) In 1424 he was one of the executors of Ralph earl of Westmerland. (Durham Wills, i. 73.) He was chaplain to Henry V. (Hist. Univ. Oxon. v. 42.; Smith's Annals of Univ. Coll. 164.)

On Nov. 15th, 1423, he was made chancellor of Lincoln. (Le Neve, ii. 93.) On Sept. 15th, 1431, he was collated to the archdeaconry of Berkshire (Ibid. ii. 635), and held it for a year. On Sept. 2nd, 1430, he was appointed to the golden stall at Hereford (Ibid. i. 501), having become chancellor there on July 7, 1425. (Ibid. i. 492.) In 1435 he resigned the stall of Carlton-cum-Kyme at Lincoln. (Ibid. ii. 121.) From 1428 to 1430 he seems to have been rector of St. Clement Danes, London. (Newcourt, i. 572.)

In Yorkshire, on Oct. 18, 1423, he was instituted to the rectory of Rudby on the death of Robert de Wycliffe, which he held until his death (Reg. Bowet, i. 164 *b*); and, on Jan. 9, 1424-5, he was admitted to the stall of Skelton at Howden, which he resigned in 1436. (Reg. *sede vacante*, 373 *a*.) On Feb. 12, 1435-6, he was admitted to the prebend of Wetwang and the rectory of Cottingham, exchanging for them with Nicholas Dixon his stall of Cheminster and Bere at Salisbury. (Reg. Kempe, 15 *b*.) On Oct. 7, 1447, he was appointed precentor. On June 12th, 1447, the archbishop appointed a commission to receive his resignation of the living of Cottingham, which he gave up owing to old age and infirmities, and a pension out of it was granted to him. (Ibid. 110 *a*.)

Castell died in one of the early months of 1457, and was buried in York minster, and the following striking epitaph commemorated him. (Drake, 499.) It was near the font in the nave on "a broad white stone, about three yards long, inscribed both on its verge and crossways." (MS. Torre, 148.)

+ Hic jacet dom' Johannes Castell miser et indignus sacerdos.
+ Orate pro anima magistri Johannis Castell miseri et indigni sacerdotis.
+ Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam.
+ Sanctissima Maria, mater misericordiæ, ora pro me.
+ Miserere mei, Christe, quoniam in te confidit anima mea.

I should like to prove that the testator was connected with Thomas Castell the munificent Prior of Durham.

† St. Luke xxiii. 46.

misericordia, et in fide quam dedisti, spero firmissime me salvari; ad quod consequendum adjuvet, deprecor pia mente, gloriosissima Virgo Maria, mater Domini nostri Jhesu Christi, et omnes Sancti Dei suorum precibus meritorum: corpusque meum, tanquam terram terræ, lego sepeliendum juxta vel prope fontem baptisterii in ecclesia metropolitica Ebor., ut ubi sacramentum baptismatis accepi de resurrectione cogitans, sub spe sacramenti et veniæ corpus humandum ecclesiæ precibus me submittam; utinam nichil cordi meo tam insitum sicut salutis meæ sacramentum; quod si sæpius violavi, spero tamen summe in misericordia et passione Domini nostri Jhesu Christi, in Quo est salus, vita, et resurrectio nostra, per Quem salvati et liberati sumus. In ipsa autem hora mortis et judicii Jhesu esto michi Jhesus, fons indeficiens gratiæ infinitæ!

Quantum ad bona michi a Deo collata ex Suis beneficiis sic dispono, utinam Deo acceptabile quod intendo! Volo quod a tempore mortis per decem dies continuos fiant missæ et pauperum distributiones fideliter sine fraude sub hoc modo; videlicet, cotidie ipsorum decem dierum sex de Trinitate, sex de Spiritu Sancto, sex de Cruce, sex de Annuntiatione Beatissimæ Virginis Mariæ, et sex de Requiem; et sic sunt in quolibet die ipsorum decem triginta missæ celebrandæ: in quibus omnibus dicantur specialiter hæ collectæ, videlicet, *Deus, cujus misericordiæ non est numerus; Deus, cui proprium est misereri;* et *Inclina, Domine, aurem tuam.* Et hiis decem diebus volo quod distribuantur cotidie pauperibus x s. Item volo quod in die exequiarum et funeralium sint decem pauperes vestiti in nigro, cum togis duplicatis, et capuciis consimilis coloris, de expensis bonorum meorum, complete tam pro panno quam factura; et quilibet eorum j s. recepturus; et precor ut sint sine favore mundi sive carnis de pauperioribus qui pro me orare possint. Item volo quod in ipso die meorum funeralium centum pauperes pascantur in una dieta cum pane, cervisia, et potagiis; et, si dies carnium fuerit, cum carnibus bovinis, ovinis, vel porcinis, sic quod habeant duplex genus carnium; si fuerit dies piscium, post potagia habeant duplex genus piscium, et quod remanserit de cibariis coram eis positum asportent, si voluerint; et precor ut sufficienter et honeste eis serviatur. Et statim post prandium dentur cuilibet ipsorum iiij d. legalis monetæ. Alia convivia superflua, sumptuosa, vel curiosa, circa funeralia inhibeo, nec eis consentio, cum sint bona pauperum quæ expendo. In torticiis vero et aliis cereis circa corpus meum in exequiis meis et funeralibus expendendis nec defectum nec excessum cupio, sed competentem modum atque honestatem cupio: cujus rei providentiam executorum meorum provisioni relinquo, quia nichil mihi de hiis quæ foris sunt. Item

volo quod unus sacerdos honestus et devotus celebrabit pro anima mea, parentum, parochianorum, et benefactorum meorum per tres annos continuos, qui in missis suis singulis accipiet hanc collectam, *Deus, cujus misericordiæ,* etc. cum principali collecta quando non celebraverit de *Requiem.* Et in qualibet die Lunæ celebrabit de *Requiem,* et principalis collecta erit, *Deus, cujus misericordiæ non est numerus,* etc. cum aliis duabus collectis pro defunctis superius memoratis: in qua, etiam, die faciet commemorationem de SS. Angelis. Similiter in die Veneris celebrabit de Sancta Cruce, faciendo commemorationem de *Requiem;* dicetque Officia Mortuorum cum prædicta collecta, *Deus, cujus misericordiæ,* etc. Item lego fabricæ eccl. S. Petri Ebor. x li. Item lego xl s. distribuendos inter pauperes parochianos eccl. de Rudby. Item lego xx s. distribuendos inter pauperes parochianos de Wetwang, et xiij s. iiij d. apud Elyngton, et xx s. apud Kyrkeby-super-Wherf. Item lego xx s. distribuendos inter pauperes hospitalis S. Leonardi. Item lego xx s. distribuendos inter pauperes villæ Ebor. in die sepulturæ meæ. Item lego cuilibet ordini Fratrum x s. ut pro me orent, et exequias cum missa in crastino pro me faciant celebrari. Item lego vicariis eccl. S. Petri Ebor. meis exequiis interessentibus et missæ in crastino xl s. Item lego cuilibet sacerdoti in eccl. prædicta pro me celebrare volenti de *Requiem* in die meæ sepulturæ iij d. in nomine Trinitatis. Item lego cuilibet sacerdoti sæculari infra villam Ebor. pro me celebrare volenti de *Requiem* in die sepulturæ meæ ij d., propter duplicem naturam in Christo Jhesu, in Quo spero me resurrecturum ad vitam æternam: amen. Item lego cuilibet personæ in eccl. cath. Beati Petri Ebor. exequiis et missæ meis interessenti xij d. Item lego cuilibet diacono ejusdem eccl. viij d. Item lego cuilibet thuribulariorum et choristarum ejusdem eccl. vj d. Item lego clericis vestiarii et sacristis ejusdem eccl., cuilibet eorum iiij d. Item lego et do incarceratis et leprosis, ac domibus pauperum distribuendum esse secundum providentiam executorum meorum et sufficientiam bonorum meorum. Et residuum omnium bonorum meorum, non legatorum, do et lego executoribus meis, ut sciant et disponant pro anima mea, sicut volunt coram Deo respondere, et quamcitius poterint, quia mora trahit periculum. Et nomino et volo istos esse executores meos, dominum Johannem Bernyngham, thesaurarium, dominum Robertum Est, personam ad altare S. Christoferi, Robertum Crathorn, generosum, et Christoferum Burgh, capellanum. Datum penultimo die mensis Octobris, A.D. mccccl vj°. Hiis testibus domino Johanne Lex, Willelmo Bulkyn, et Thoma Eston, capellanis, Johanne Berwyk et Willelmo Hall, et aliis.

[Pr. Feb. 25, 1456-7.]

XXXIV. THE WILL OF JOHN SMYTH OF ROLLESTON.

[Reg. Test. iv. 179 b.]

To all peple to whom this present wryting sall come, I John Smyth of Rolston * sendeth gretyng in God. Knowe ye me the said John that by this my wrytyng I gefe to John Nevill esquier, Brian Smyth my brodir, Alice my wyfe, and my doghter Elisabeth all my godes moveable and unmoveable. And, more over, know ye to this entent, if I be betyn, mamenyd, or slayn by Robyn Lee, or ony person malice beryng to me, that my said godes sall bere the costes of the law for the punyshment ther of, after the advysse of the said John Nevill. More over I make my executours my said brother Brian and Alice my wyfe; ye to dispose for me as God will geve thame grace, and as my faith full tryst is in them. In witnes wher of to this my wrytyng I have set to my seale. Writyn the xx day of March, the fourth yere of kyng Edward the fourth (1464).

[Pr. 8 Oct. 1472.]

[I now take up the series of wills, in chronological order, where it ended in Vol. II. The preceding documents must be regarded as supplementary.]

XXXV. THE WILL OF RANULPH PIGOT, ESQ. OF CLOTHERHAM.

[Reg. Test. iv. 23-4.]

Apr. 20, 1466. Ranulphus Pigott † de Clotherom, in com.

* A singular will. The fears of the testator seem to have been ill-founded, as he survived until 1472.

† Randolph Pigot of Clotherham, the testator, was the eldest son and heir of Geoffrey Pigot of that place, by Emma his wife, daughter and eventually heiress of Roger de Ledes, of North Hall, in Leeds, co. York, and grandson of Sir Randolph Pigot, of Melmerby, in the parish of Coverham, N. R. co York, who obtained the estate of Clotherham by marriage with Johanna, daughter and heiress of John de Clotherham, the last of a race of that name, which had been settled there from the early part, at least, of the twelfth century. Their manor house was a large quadrangular building, situated in a sheltered holme by the side of the river Laver, about a mile and a half west of Ripon; but it has long ago been rased to the ground, with the exception of a small fragment of a mossy wall, without any characteristics to define its age. About twenty-five years ago, I remember, however, a part of a gable cross being dug up here, which probably belonged to the chantry chapel of St. Mary, mentioned in the testator's will. Sir Randolph, his grandfather, whose will has been printed by the Surtees Society, (Test. Ebor. i. 331.) died in 1404, leaving issue, besides Geoffrey above-mentioned, another son called John, whose will, dated in 1428, also appears in the same collection. (i. 416.) This John was father of John Pigot of Ripon and Richard Pigot serjeant-at-law, legatees in the will of the present testator, who, at the time it was made, appears only to have had two children, Sir Geoffrey, his heir, and Johanna, wife of Sir John Norton of Norton Conyers. She died August 6th, 1488, and lies buried with her husband in the Norton chapel, in the parish church of Wath, near Ripon. The will of Dame Margaret, widow of this Sir Geoffrey, will occur at a subsequent page. The Pigots were

Ebor., armiger.—sep. in eccl. coll. B. Petri Ripon, in loco ubi antecessores mei antea ex more et consuetudine sepulti fuerunt. Lego Deo et summo altari pro decimis oblitis, si quæ fuerint, vj s. viij d. Lego et volo quod xij torcheæ et v sergiæ comburentur circa corpus meum tempore servitii de Dirige et Missæ Johanni Norton, militi, v marcas. Johannæ Norton, uxori suæ, filiæ meæ, j monile aureum. Johanni Norton, filio suo, unam crateram argenteam discoopertam. Ricardo Pygott,* servienti ad legem, v marcas. Johanni Pygott, fratri suo,† iiij marcas. Willelmo Dokker, servienti meo, xl s. Cuthberto Kagill, servienti meo, xx s. Johanni Wederade, servienti meo, xx s. Ranulpho Sklater, servienti meo, xx s. Lego ad commorandum imperpetuum in capella cantariæ infra manerium meum de Clotherome imperpetuum, pro salute animæ meæ, sine abstractione hæredum meorum, sive capellanorum prædictæ capellæ in futuro tempore existentium, unum Psalterium allomnatum. Item unum monile. Item j Psalterium cum Placebo et Dirige. Item aliud Psalterium ibidem imperpetuum commorandum. Item aliud Psalterium cum correo rubeo coopertum. Item lego duo phiola argentea cum aliis libris et ornamentis præfatæ capellæ imperpetuum commoranda, ut patet in indenturis inter capellanum et me inde factis. Ranulpho Pygott, juniori, Premarium meum proprium. Ecclesiæ S. Andreæ de Kirkby-Malserd unum Portiphorium, pro salute animæ Johannis Otley, capellani, et vj s. viij d. pro reparatione ejusdem Portiphorii. Lego Fratribus Augustinensibus de Ebor. vj s. viij d. Et volo quod omnia arreragia exituum et reddituum maneriorum, etc., meorum, michi tempore mortis debita, disposita sint pro salute animæ meæ, per visum et discretionem executorum meorum. Lego residuum Galfrido Pygott, militi, filio meo, ac ordino et constituo prædictum Galfridum meum executorem. Residuum hujus testamenti mei ac ultimæ voluntatis

great benefactors to the fabric of the collegiate church of Ripon in the fifteenth century. None of their sepulchral memorials are now extant there; but their arms, Sable, three mill-picks argent, occur on the north triforium of the choir, together with a shield bearing, Ermine, a fess, probably the arms of the benefactor's wife. The mill-picks appear also on the choir screen, and on one of the pillars of the nave, above the arms of the borough of Ripon, commemorating, perhaps, in this instance, Randolph Pigot, wakeman, or chief magistrate of that place in the year 1471, although the work dates after the year 1512.—J. R. W.

On Dec 3rd, 1429, the dean and chapter of York granted an oratory to Ranulph Pigot, esq. lord of Helagh, and his wife and children, in the manor of Helagh, par. Masham. (Reg. Cap. Ebor.)

* His will occurs afterwards.

† On Oct. 8, 1465, John Pigot was made the archbishop's receiver at Ripon. (Reg. Geo. Neville, i. 13 *a*.) On Jan. 15, 1485-6, Thomas Braithwaite, vicar of the prebend of Monkton, was empowered to marry John Pigot and Katherine Helton of Ripon, in the chapel appended to St John's Hospital, "quia diu cohabitaverunt ut vir et uxor, et sic apud vicinos suos tenti et reputati sunt." (Reg. Rotherham, 52 *b*.)

meæ patet in quadam sedula huic testamento annexa. In cujus—sigillum armorum meorum apposui.

Unto all Cresten men to whome—be it knowyn me Randolph Pygott of Clotherom in the counte of Yorkeshire, sqwyer, beyng of hole mynde, hath ordent in the forme foloyng my last will of certen landis and tenements, whare off the parcellis are specyfyed her—a cotage, with a crofte and a close, callyd Flaskew, in Azerlaw, to have and hald—to fynde with the profetts a prest duryng the saide xxiiij yere, to pray for my soule in the forme that is after specifyed. First the saide prest to syng yerely duryng the space of iiij yeer next suyng the day of my deth for the soule of maister John Balderby,* late vicar of Kirkby-Malserd, specially, and for the soule of me the forsaide Randolph and Margaret late my wyfe, and for all Cristyn saulles, at the auter owre the nedill of Seynt Wilfride in the body of the college kirk of Saynt Petyr in Rypon, qwer I intende my banys to ryste; and, aftir thoos iiij yere deservyde, than the saide preste to sing yerely during the remnaunt of the forsaide space of xxiiij yere in the chauntery chapill of oure Blissid Lady within my maner of Clotherom, for the saule of Sir John Otley, preest, specially, and for the saule of me, the for saide Randulph and Margaret lait my wife, and for all Cristyn sawles, yerely, takyng for his solde iiij li. I have infeffed Richarde Pygot, sarjeaunt of the lawe, John Norton, knyght, John Pygott of Rypon, gentilman, and Sir Thomas Nobull,† prest, in lands and tenements within the fraunchese of Rypon, to the yerely valow of iiij li. by yere, to this intent, that thai suffer Richarde Pygott, my brother, to take the revenus of the same lands and tenements yerely duryng his lyfe, so that he be rewled by my son Gyfferay and by my saide feffees.

[Pr. May 9, 1467, and adm. to Sir Geoffrey Pigot.]

* On March 25th, 1424-5, Mr. John Balderby exchanged his living of Danby with William Yoxhale for the vicarage of Masham, to which Yoxhale himself had been instituted only three days before, on the death of Mr. William Clint. (Reg. Cap. Ebor.) Balderby died in 1448-9, and was succeeded by Mr. Robert Thwaites, dean of Auckland, and a collector of books. The livings of Masham and Kirkby-Malzeard went together.

Nov. 13, 1448. Johannes Balderby, vicarius de Kirkeby-Malsherd.—Sep. in eccl. de Kirby-Malsherd. His will contains only these bequests. Lego xl s. pro expensis funeralibus meis. Johanni Harthyngton meam optimam togam penulatam. Elizabeth Harthyngton aliam togam penulatam. Residuum Johanni Harthyngton et Elizabethæ, uxori suæ, et pueris eorumdem; quos Johannem et Eliz. facio executores. Hiis testibus Olivero Dynley, Ricardo Legherd, Ricardo Turnour, Johanne Williamson, &c. Datum apud Harthyngton. Pr. 25 Nov. 1448, et adm. to Eliz. Harthyngton. (Reg. Test. Cap. i. 262 *b*.)

The testator seems to have died at Hartlington in Craven.

† Oct. 3rd, 1463. Administration of the effects of Thomas Noble of Ripon was granted to Thomas Braithwaite, chaplain, and Robert Baxby, literate, both of Ripon. (Reg. Test. v. 201 *b*.)

XXXVI. THE WILL OF ROBERT EST, OF YORK.

[Reg. Test. iv. 100 *b*.]

In Dei nomine, amen. vj Nov. mccccIxvii., in festo, videlicet, gloriosi Confessoris Sancti Leonardi abbatis, ego Robertus Est,* miserrimus peccator, sciens et sentiens me mortalem non diu in domo corporis qua inhabito permansurum, quia ex omni parte se minitat casurum, tum propter naturæ et ætatis vim in me de die in diem deficientem, tum propter instabilitatem omnium mundalium in præsenti vita existentium; quia Ecclesiastices primo scribitur, *Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, et ecce! universa vanitas et afflictio spiritus;* et Ecclesiastices tertio, *Cuncta subjacent vanitati, et omnia pergunt ad unum locum, de terra facta sunt et in terram pariter revertuntur*,† ut communiter dicitur, donec omnis caro in suam redigatur originem: ideo compos mentis, Deo dante, et sanæ memoriæ existens, condo, facio, et ordino testamentum meum in hunc modum. In primis commendo et lego animam meam et fidem meam Deo Omnipotenti, et gloriosæ passioni Suæ, et sanguini Suo pretioso, atque Beatæ Mariæ, matri Ejus gloriosæ, Virgini perpetuæ, et Omnibus Sanctis Dei; et corpus meum ad sepeliendum ubi Deus disponere dignatus est. Item lego fabricæ eccles. cath. B. Petri Ebor. vj s. viij d. Ecclesiæ parochiali de Briggesley,‡ ubi originem meam duxi, meam calicem, duo vestimenta consecrata, unum, viz. de grene worstede habens ex parte dorsali duas literas coronatas, scilicet R et E; et aliud vestimentum album de white bustian; et eidem ecclesiæ Legendam Sanctorum de pergameno, ibidem imperpetuum ad animarum ædificationem remanendam; unum alium librum qui vocatur Speculum Christiani; alium librum de Gestis Romanorum cum aliis Fabulis Isopi et multis Narrationibus; meum magnum Psalterium feriatum. Fabricæ matricis ecclesiæ de Lincoln, iij s. iiij d. Ecclesiæ par. Omnium Sanctorum in Peseholme unum viride vestimentum de clath of Colan, habens orfray de rede clath of golde pulverizatum cum avibus et catulis auratis; et ad fabricam ejusdem

* The testator, about whom very little is known, was, I believe, a chantry-priest in the minster at the altar of St. Christopher. His will is an interesting one in many respects. Est was a man of piety as well as a scholar. The end of the document shews that the conclusion was precipitated by some sudden seizure, probably paralysis. What a comment upon the words he had recently written down—"Omnia pergunt ad unum locum."

There is a copy of this will in Reg. Test. Capit. Ebor. i. 331 *a b*. It is dated there on Nov. 6, 1477, and proved on Jan. 26, 1475-6—an obvious blunder.

In 1493, another Robert Este, a lawyer, died in York, and made a curious will.

† Eccles. ii. 11; iii. 20.

‡ Brigsley, the testator's birth-place, is a village in Lincolnshire.

ecclesiæ ij s. Altari S. Christofori in eccles. Ebor. j vestimentum de rede worstede, habens in suo orfray, ex parte dorsali, crucifixum et duas literas coronatas, scilicet R et E. Eidem altari aliud vestimentum de borde-Alexander, habens orfray de fulvo colore, Anglice ȝalowe; ij pallia cum frontibus consecratis; et ij corporalia consecrata; et j par fiolarum. Cuilibet domui Fratrum in civ. Ebor. vj s. viij d. cum litera fraternali; et eandem summam lego utrique domui Cartus'. sc. Montegrace et Hull, cum propria litera fraternali Cuilibet lazaro iiij domorum extra suburbia civ. Ebor. iiij d. Lego domino Roberto Bewmond, nepoti meo, commoranti apud Banbery, librum qui vocatur Orologium Sapientiæ, et etiam libros M. Hilton, prout insimul ligantur; et j librum quem scripsit dominus Johannis Est, frater meus, et habet in se decem Collationes Sanctorum Patrum cum aliis tractatibus, et incipit *Debitum quod Beatissimo papæ Castorio*, &c. Lego sacerdotibus commensalibus apud Peseholme * unum librum habentem multas narrationes bonas et præcipuas, et Omelias et Pastoralia Beati Gregorii, et incipit *In hoc sequenti opusculo*. Dominæ Aliciæ Derby, anachoritæ apud Clementhorp, unum armariolum parvum, unam ymaginem Sancti Johannis Evangelistæ de white alablastre, et vj s. viij d. Domui sanctimonialium de Hampaule Psalterium glosatum, de propria scriptura Beati Ricardi, heremitæ, ibidem jacentis. Johannæ Denton manenti in fraternitate juxta Fossebrig, [*blank*]. Margaretæ Pepercorn, manenti in Gudrumgate, ij s. Agneti Newton iij s. iiij d., et j coopertorium de rubeo et fulvo colore. Johannæ Strensall, viduæ, commoranti in parva viella juxta Stanegate, ij s.: sed quia imbecillitate visus et manuum Dei subito manu tactus, plura in hoc testimonio scribere curavi, sed minime potui, unde ea necessitate compulsus, Thomam Freman, scriptorem, finem huic operi perficere instanter rogavi qui sequitur sub hac forma. Residuum.—Executores Will. Awne et Tho. Symson,† clericos.

[Prob. 26 Jan. 1474-5.]

* There was a lodging-house for clergy in this parish. On Nov. 14th, 1489, Sir William Akers, priest, leaves "to every preat that is at Gudwyn's at bord, beyng at my beriall and messe, xij d." He desires to be buried in the choir of the church of St. Helen on the Walls. "To the maister and the bredren of Sanct John gild vj s. viij d. and all the glasse and bordes w^tin my chambur, that is to say, my stody w^t the parclose in myddes of the chambur. To Malde Bowmer a paynted cloth at the oder hows where my childer lernis." (Reg. Test. v. 37.)

† Apr. 12, 1491. Thomas Symson, persona in eccl. Ebor.—sep. in eccl. cath. ante hostium chori prope sepulturam domini Thomæ Pynchebek. Magistro W° Goderyk, notario, optimum meum Primarium. Domino W° Cok, capellano, j librum de Revelatione Beatæ Matildis, cum aliis tractatibus in eodem. Domino Johanni Couper, capellano, j librum vocatum Speculum Christianorum. Domino Willelmo Watson, capellano, j librum vocatum Speculum Beatorum. Lego ad usum ecclesiæ de Sutton in Galtres j vestimentum. Volo quod Portiforium meum notatum cathenetur in ves-

XXXVII. THE INVENTORY OF ELIZABETH,* WIDOW OF WILLIAM SYWARDBY, OF SYWARDBY, ESQ.

[Ex rotulo originali.]

PECUNIA. In primis respondent executores de pecunia numerata inventa infra mansum dictæ Elizabethæ defunctæ die mortis suæ, viz. xxiij li. vj s. vj d. *Summa patet.*

AULA. Et de vj pulvinaribus de couched warke, melioris sortis, ij s. De iiij debilibus pulvinaribus ejusdem operis viij d. De ij cathedris rotundis xij d. De j counterfett, et j pelvi cava, cum uno lavacro de auricalco, ij s. De iiij candelabris de auricalco xvj d. De ij mensalibus, et j pari trestellorum, viij d. *Summa* vij s. viij d.

COQUINA. De optima olla ænea in coquina, legata Katerinæ Elis, ij s. viij d. De secunda olla ænea, eidem Katerinæ legata, ij s. De tertia olla ænea, eidem legata, xviij d. De una parva olla, dictæ Katerinæ legata, vj d. De una magna patella, eidem legata, iij s. iiij d. De alia patella, eidem legata, xij d. De ij veteribus patellis, sibi legatis, viij d. De ij ketellis, eidem Katerinæ legatis, xvj d. De j mortario æneo, cum pil' ferri, eidem leg. iiij s. De j mortario lapideo, cum pil' ferri, eidem leg. vj d. De ij frixoriis ferreis, eidem leg. xij d. De uno tripode ferreo, j pari tenellarum, j craticula, j tost-iryn, et j scomour ferri, xvj d. De ij hausoriis, et j scomour de auricalco, leg. dictæ Katerinæ, xij d. De j chaufour pro cibis califaciendis, de auricalco, eidem leg. xij d. De ij rakkes ferri, eidem leg. xvj d. De iij verubus, et j broche ferri, eidem leg. xij d. De j pari furcarum ferri, cum

tibulo eccl. cath. Ebor. ibidem, quamdiu duraverit, permansurum. Domino Petro Symson, vicario chorali, j librum, secundo folio *quam laudari.* Domino Willelmo Symson, fratri suo, j librum, secundo folio *karecteres.* Pr. 26 April, 1491. (Reg. Test. Capit. i. 375-6.)

His Inventory also exists, dated on April 28th, 1491. There is little in it of interest, and I give a single paragraph.—"*Libraria.* De diversis libris, viz. j Portiphorio de usu Ebor. xliij s. iiij d. De libro Missali xl s. De Antiphonario notato xxxiij s. iiij d. De diversis libris in quares, venditis in grosso, vj s. viij d. De j Jornali x s. Summa, vj li. xiij s. iiij d.

* Elizabeth Sywardby, or Sewerby, as it is now called, was a daughter of Sir Henry Vavasour of Haslewood. (Test. Ebor. ii. 162-3.) Some extracts from the will of her husband are given in Test. Ebor. ii. 136-7. Her only daughter, Margaret, married Sir Geoffrey Pigot, of Clotherham, near Ripon, and her will occurs afterwards.

On Nov. 13, 1453, an oratory was granted to Geoffrey Pigot, of Sewerby, esq. and Margaret his wife at Sewerby. (Reg. Wm. Booth, 384*a*.) On Nov. 3rd, 1454, they had a similar licence. (Ibid. 391*b*.) On 12th Nov. 1455, the same favour was allowed to dame Eliz. Sywardby, and Pigot and his wife. (Ibid. 395*a*.) Elizabeth Sywardby, in her will, which has not been discovered, left the residue of her estate to maintain a regular chaplain at Sewerby, on account of its distance from Bridlington. (Reg. Geo. Neville, i. 102.)

This Inventory was drawn up on the 30th of April, 1468, by Robert Scathlott, John King, and Thomas Wells, citizens of York.

v hamis, et j trabe ferri, eidem leg. ij s. De iij cultellis, et j pari pothyngles, legat. eidem, vj d. In vasis de peudre, pond. v doss. vij lb. pret. doss. ij s. vj d. eidem leg. xiij s. xj d. ob. *Summa* xl s. vij d. ob.

PANDOXATORIUM. Et de j brewlede, sicut stat in fornace, v s. De ij wirtledes iiij s. De ij cadis pro succo viridi viij d. De iiij veteribus tubbis x d. De ij bultyng-clothes vj d. De j tarratantero iij d. De j dolobro et ij cuniis vj d. De j sella mulieris cum lora iij s. iiij d. De fagatis et ascelwod x d. *Summa* xv s. xj d.

PROMPTUARIUM. Et de j mappali de panno plano, cont. x ulnas, legato Katerinæ Elis, ij s. De aliis ij mappalibus, utroque cont. v uln., præfatæ Katerinæ legatis, iij s. iiij d. De aliis ij eidem legatis, ejusdem longitudinis, ij s. De ij debilibus mappalibus, cont. viij ulnas in long., eidem leg. xij d. De ij tuellis de panno plano, utroque cont. ix uln. in long., eidem legatis, iij s. De alio tuello de Holand-cloth cont. ix uln. legato eidem iij s. De iij veteribus tuellis, quolibet cont. in long. v uln., legatis eidem, xxij d. De iiij manutergiis, quolibet cont. iij uln., leg. eidem, xx d. De iij debilibus manutergiis, eidem leg. iiij d. De j mappali debili, cum j veteri manutergio, eidem leg. iiij d. *Summa* xviij s. vj d.

CAMERA. Et de j lecto plumali meliore, legato Agneti Copley, viij s. De alio lecto plumali secundario iij s. iiij d. De ij matriciis, legatis Katerinæ Elis, iiij s. De ij veteribus matriciis ij s. De j bolstour iiij d. De ix pulvillis cum le wares iij s. iiij d. De ij paribus fustians, legatis Agneti Copley et Katerinæ Elis, vj s. viij d. De ij paribus blankettes, pret. j paris, ij s.—iiij s. De aliis ij paribus blankettes, pret. j paris, xviij d.—iij s. De j pari linthiaminum duplicum, leg. vj s. viij d. De alio pari linthiaminum duplicum, leg. ij s. De xj paribus linthiaminum, pret. j paris, iiij s.—xliij s. De iiij paribus le hardeshetes, pret. j paris, xx d.—vj s. viij d. De alio linthiamine de cannobo x d. De j pari linthiaminum veterum xx d. De iij paribus veterum linthiaminum iij s. De j coopertorio lecti de crolis operato vj s. viij d. De j testour, j panno pendente ad capud lecti, cum curtinis, coopertorio, ac le chaumberyng de rubio sago, legatis Agneti Copley, l s. De ij peciis le chaumberyng de viridi sago et lacerato x d. De j lecto albo iij s. De ij coverlettes, coloris rubii et albi, operatis cum le trayfolis, legatis Katerinæ Elis, vj s. De iij aliis coverlettes rubii et flammei coloris, legatis Katerinæ Elis, viij s. De ij coverlettes, coloris rubii et albi, iiij s. De ij coverlettis, coloris albi et nigri, iij s. iiij d. De iij veteribus coverlettis iij s. De ^{xx}xiiij lece filorum lini et canabi, pret. xx lece viij d.—ix s. iiij d. De ij mataxis xij d. De ornamento j

lecti, cum curtinis de panno lineo albo, ij s. De j cista rubea, legata Agneti Copley, iij s. De alia parva cista xij d. De j chaufour æneo, legato Agneti Copley, viij d. De alio chaufour æneo minori iiij d. De j toga de violetto, pennulata cum le croppis, cum capucio singulo ejusdem coloris, legata vicario eccl. par. dictæ defunctæ, nomine mortuarii sui, xxxiij s. iiij d. De alia toga cum penula de le putis vj s. viij d. De alia toga nigra cum pennula cuniculorum, et j capucio duplicato ejusdem coloris, vj s. De alia toga nigra, singula, iij s. iiij d. De uno mantello iiij s. De uno collobio pro equitatione ij s. vj d. De j fresed mantill ij s. De j scabello ij d. De j pari le trussyng cofirs iij s. iiij d. De j pari le gardeviaunce cum j veteri caskett xij d. De alio caskett, et j parva capsa, ferro ligata, xij d. *Summa* xiij li. v s.

CAPELLA. De j libro Missali iiij li. De uno Psalterio feriato, legato, viij s. iiij d. De libro compilato in lingua Anglica de Revelationibus Sanctæ Brigidæ, inferius legato, lxvj s. viij d. De alio libro de Vita Christi, in lingua materna, legato, x s. De alio libro de Misterio Passionis Domini, in lingua Anglica; et j quaterno de Visitatione Beatæ Mariæ Virginis, viij d. De alio libro de Meditatione Passionis Domini, compilato per Ricardum Rolle,* iiij d. De alio libro de certis Officiis Divinis et Commemorationibus factis, legato, xxxiij s. iiij d. De alio libro de Vita Christi, compilato in Latinis, legato, xxxiij s. iiij d. De j vestimento pro sacerdote, de rubio bourd-Alexandre, vj s. viij d. De ij pannis de rubio bukram, depictis cum rubiis flokkes, legatis, cum curtinis ejusdem, iij s. iiij d. De iij parvis linthiaminibus, cum j frontello pro j altari, xvj d. De ij corporalibus cum ij casis pro eisdem xx d. De j ymagine Beatæ Mariæ Virginis Lamentationum xij d. De alia ymagine Sancti Johannis Baptistæ xij d. De j phiola vitria, depicta, sive deaurata, iiij d. De j salt vitrio ij d. De j phiola de peudre ij d. De j osculatorio depicto iij d. De j candelabro de auricalco, iij d. De j manutergio ij d. De j parvo panno depicto de depositione Jhesu Christi a cruce iij d. De alio parvo panno depicto cum ymagine Jhesu ij d. De j capite Sancti Johannis Baptistæ depicto iij d. De vj torchiis inferius legatis xix s. De xij lb. ceræ infra legatis, pret. j lb. vj d. ob.—vj s. vj d. *Summa* xiij li. xv s. ij d.

JOCALIA. De j salt argenteo, cooperto, pond. vj unc. et j quart. pret. unc. ij s. viij d.—xvj s. viij d. De pecia arg. bassa, et cooperta, pond. xliij unc. di. pret. unc. iij s.—vj li. x s. vj d. De alia pecia bassa et cooperta, pond. xiiij unc. di. pret. unc.

* The hermit of Hampole near Doncaster, whose works were very popular in Yorkshire. His chief lucubration, the "Prick of Conscience," has been recently printed.

iij s.—xliij s. vj d. De alia plana pecia, pond. viij unc. j quart. pret. unc. iij s.—xxiiij s. ix d. De j goblett cooperto, et in toto deaurato, pond. xvij unc., pret. unc. iij s. iiij d.—lvj s. viij d. De j parva murra stante, argento parata, et deaurata, pond. viij unc. pret. unc. ij s.—xvj s. De ix cocliaribus arg. pond. vij unc. et iij quart. pret. unc. iij s.—xxiij s. iij d. De j calice et j patena, in parte deaurat., pond. ix unc. pret. unc. iij s. ij d.—xxviij s. vj d. De j monili auri et enameld, legato, xvj s. De j annulo auri, cum lapide vocato j amatist, legato, pret. iiij s. De alio annulo auri cum ij ymaginibus v s. De j pari precularum de corall, cum le gaudes auri, et j Agnus Dei annexo, legato, vj s. viij d. De iij paribus precularum cum le gaudes auri et gagate, leg. v s. De j pari precularum de gagate, gaudet, cum preculis de corall et arg. deaurat., leg. xx d. De alio pari de gagate cum le gaudes arg. et deaurat. leg. xij d. De j tisshew nigro, argento parato, et deaurato, ij s. *Summa* xix li. v s. ij d.

CAMERA GRANORUM. Et de ij quarteriis et v buz. frumenti in camera granorum, pret. j quart. v s. iiij d.—xiiij s. De ij siliginis, pret. j buz. vj d.—xij d. *Summa* xv s.

DEBITA QUÆ DEBENTUR DEFUNCTÆ DIE MORTIS SUÆ. Et respondent executores de debitis quæ debentur dictæ defunctæ die mortis suæ, viz. per Johannem Priorem et Conventum Sanctæ Trinitatis Ebor. super duplice cratera arg. deaurat. vj li. xiij s. iiij d. Et per eosdem super una pecia cooperta et deaurat. xl s. Per Galfridum Pigote,* militem, ex mutuo, ix li. vj s. viij d. Per Willelmum Vavasour,† gentilman, ex mutuo, vj li. xiij s. iiij d. Per Isabellam, uxorem ejusdem Willelmi, super una pecia, xxvj s. viij d. Per magistrum Willelmum‡ Constable, iiij li. Per Willelmum Norton,§ gentilman, super j vestimento blodio, x s. Per Agnetem Thweyng, relictam nuper Johannis Voure, lx s. Per dominam Elizabetham Bekwith, relictam Thomæ Bekwith,‖ xxvj s. viij d. Per Margaretam, relictam Johannis Johnson, super una parva pecia argenti, v s. Per Agnetem Pynner de Ebor. viduam, super una zona argento parata, v s. Per Elizabetham Murton de eadem, gentil woman, vj s. viij d. *Summa* xxxv li. xiij s. iiij d.

* Her son-in-law.

† The brother of Mrs. Sewerby. He made his will at Thornton par. Coxwold, Nov. 2nd, 1476. To Henry and Edward Vavasour and Richard Emerson he left a horse, each. To John Vavasour, jun, "suam togam de cremesyn, duplicatam, et unum diploidem de nigro velvet." The residue is left to Elizabeth his wife. Pr. Nov. 14, 1476. (Reg. Test. v. 6 *a*.) The will of his widow will occur afterwards.

‡ Afterwards subdean of York and archdeacon of Cleveland.

§ A brother of Sir John Norton of Norton Conyers, who was connected with Eliz. Sewerby through his marriage with one of the Pigots of Clotherham.

‖ On Dec. 10th, 1466, the administration of the effects of Thomas Beckwith of Filey, esq., was entrusted to Elizabeth his widow and William Flesshewer of Filey. (Reg. Test. iv. 74*a*.)

SUMMA TOTALIS OMNIUM UTENSILIUM PRÆDICTORUM, UNA CUM PECUNIA NUMERATA ET LEVANDIS DEBITIS, cx li. ij s. x d. ob.

DEBITA IN QUIBUS DEFUNCTA TENEBATUR. De qua summa dicti executores petunt allocationem de debitis subscriptis, in quibus dicta defuncta tenebatur die mortis suæ, viz. Margaretæ Redmer, famulæ dictæ defunctæ, viij d. Ricardo Davy, famulo suo, ij s. iiij d. Cristoforo Dilworth viij d. Johanni Clerk, clerico ecclesiæ B. M. super Bisshophill, de salario suo, vj d. Willelmo Speller ij d. Et Fratribus Sancti Roberti de Knaresburgh, pro subsidio, iiij d. *Summa* iiij s. viij d.

LEGATA IN TESTAMENTO DICTÆ DEFUNCTÆ. Et iidem executores petunt allocationem de vj s. vj d. de pretio xij lb. ceræ legatis, comburendis circa corpus defunctæ. De xix s. de pret. vj torch legat. combusturis in forma prædicta, et postea distributis secundum formam testamenti. De xl s. legat. fabricæ ecclesiæ parochialis dictæ defunctæ, ut in eodem testamento plenius continetur. De xx s. legatis Priori et Conventui domus sive Prioratus Sanctæ Trinitatis, infra civitatem Ebor. De lxvj s. viij d. de pret. ij libr̃orum, superius appreciat. et onerat., legat. Priori et Conventui de Bridlyngton. De lxvj s. viij d. legatis domibus monialium de Apilton, Monkton, Arthynton, Swyne, et Syningthwate. De lvj s. viij d. de pret. goblett, cooperti, et deaurati, legati Henrico Vavasour,* militi. De xvj s. de pret. j monilis rotundi de auro, superius onerat., legat. Galfrido Pigote, militi. De xxiiij s. ix d. superius onerat. in pret. j peciæ planæ argenti, legatæ Johanni Vavasour, fratri defunctæ. De iiij s. superius oneratis, in pret. unius annuli cum lapide in eodem, legati Willelmo Vavasour. De iiij li. legatis, distribuendis inter pauperes tenentes dictæ defunctæ, pro salute animæ suæ. De xxvj s. viij d. legatis Johanni West, Willelmo Down, Waltero Forster, et Cristofero Dilworth. De lxxj s. iiij d. de (pretio) j paris linthiaminum (iiij s.), libri Sanctæ Brigidæ (lxvj s. viij d.), et j chaufour majoris, superius onerat., legat. Agneti Vavasour. De vj s. viij d. in pecunia legatis dominæ Agneti Vavasour. De vj li. xiij s. iiij d. legatis, offerendis Elizabethæ Sywardby, si facta fuerit monialis. De iiij li. xiij s. iiij d. legatis pro uno Portiphorio faciendo, et in cantaria de Siggeston imperpetuum permansuro. De xvj s. de pret. j murræ, argento paratæ, et deauratæ, superius appreciatæ, legatæ domino Thomæ Hornby,† capellano. De lxxij s. iiij d. de utensilibus j lecti, viz. coopertoriis, curtinis, testours, costours de rubio sago,

* Sir Henry Vavasour, of Haslewood, whose will occurs afterwards.

† Feb. 20, 1485-6. Thomas Horneby de Ebor. capellanus. Dompnæ Agneti Vavasour, moniali de Swyn, librum de Vita Katerinæ, in Anglicis scriptum. Dominæ Elizabethæ Sywardby, moniali de Monkton, librum in Anglicis de Vita Domini nostri Jhesu Christi." (Reg. Test. v. 281 *a*.)

superius appreciatis, j lecto plumali meliore (viij s.), j pari fustians (iij s. iiij d.), ij paribus linthiaminum (viij s.), et j cista (iij s.) legatis Agneti Copley. De xxvj s. viij d. legatis in pecunia Margaretæ Redemer, famulæ dictæ defunctæ. De xx s. legatis Ricardo Davy, servienti ejusdem defunctæ. De iiij li. xix s. v d. ob. de pret. v parium linthiaminum (xx s.), j paris fustians (iij s. iiij d.), ij matriciis (iiij s.), quinque coopertoriis (*sic*) (xiij s.), una cum toto nappre, (xviij s. vj d.) et utensilibus coquinæ (xl s. vij d. ob.) superius oneratis, legatis Katerinæ Elis. De vj li. xiij s. iiij d. legatis eidem Katerinæ Elis. De lxvj s. viij d. legatis Agneti Sywardby, in casu quo contingat dictæ defunctæ perficere et perimplere in vita sua præmissa superius legata, et habeat bona sufficientia ad idem perimplendum. *Summa* lviij li. vj s. ob.

BONA ET UTENSILIA LEGATA QUÆ NON SUNT IN TESTAMENTO DICTÆ DEFUNCTÆ. Et iidem executores petunt allocari de xv s. quos dicta Elizabet defuncta legavit xxx capellanis pro j trentali missarum de Sancto Gregorio, pro anima sua celebrando, die sepulturæ suæ, etc. De vj s. viij d. superius oneratis de pret. j paris precum de corall, cum Agnus Dei annexo, legat. Marg. Pigote. De xx d. de pret. j paris precularum de corall cum duplicibus gaudes, legat. Elizabethæ Babyngton. De xx d. de pret. alterius paris precularum de corall legat. Aliciæ Copildyke. De xx d. de alio pari precularum de corall legat. Elizabethæ Clarevaux. De xx d. de alio pari de gagate, cum annulo dependente, legat. Isabellæ Vavasour. De xxvj s. viij d. legatis iiij ordinibus Fratrum Mendicantium in Ebor. pro iiij trentalibus missarum. De xxxiij s. iiij d. superius oneratis et appreciatis, in pretio unius togæ violett pennulatæ cum le croppis, cum capucio singulo, ejusdem coloris, legatæ nomine mortuarii dictæ defunctæ. De ciij s. viij d. superius oneratis in capitulo de capella, de pret. j libri Missalis (iiij li.), j Psalterii—(viij s. iiij d.) feriati, j vestimenti pro sacerdote de bourd-Alexandre (vj s. viij d.), ij pannorum de rubio bukram depictorum cum le flokkes, cum le redilles de eodem (iij s. iiij d.), iij pannorum lineorum cum j frontello (xvj d.), ij corporalium cum casis (xx d.), j ymaginis B. M. V. Lamentabilis xij d., j phiolæ vitriæ (iiij d.), j salt vitrii (ij d.), j phiolæ sive obbæ de peudre (ij d.), osculatorii depicti (iij d.), j candelabri de auricalco (iij d.), et j manutergii legati cantariæ de Siggeston, pro perpetuo ibidem deservituri, (ij d.) De xij d. de pret. j ymaginis Sancti Johannis Baptistæ, legatæ Johannæ Welles, etc. De lxvj s. viij d. legatis Agneti Copley, levandis de illis ix li. vj s. viij d. in quibus Galfridus Pigote, miles, superius tenetur dictæ defunctæ. De vj li. x s. vj d. de pret. j peciæ bassæ, coopertæ, pond. ut supra patet, xliij unc. di. legat. Ranulpho filio et hæredi Galfridi Pygott, militis, si vixerit et gaudeat hæreditario suo, et pro uno vestimento per ipsum

Ranulphum emendo et dando altari Sancti Nicholai de Hesilwod. *Summa* xix li. x s. ij d.

EXPENSÆ FUNERALES. In primis soluti pro pane empto, distributo inter pauperes ad exequias, xj s. v d. Et in iiij duodenis servisiæ, pret. doss. xviij d., erogatis inter pauperes ad dictas exequias vj s. In vino empto et adtunc expenso iij s. viij d. In speciebus eodem tempore expensis ij s. iiij d. In mercede communis bedelli sive campanarii civitatis Ebor. proclamantis die sepulturæ suæ iiij d. In portatione torchiarum diversis pauperibus, eodem die, xxij d. Et soluti clerico parochiali pro pulsatione campanarum, et factura sepulcri dictæ defunctæ, x d. Et pro j cista empta pro corpore defunctæ ij s. Pro ij cereis combustis super corpus defunctæ ij d. Capellanis et clericis interessentibus exequiis suis et missæ die sepulturæ suæ v s. vj d. In piscibus emptis pro convocatione amicorum dictæ defunctæ, die sepulturæ suæ, v s. ij d. Pro probatione testamenti dictæ defunctæ, una cum registratione ejusdem, vj s. j d. In expensis sive costagiis factis super appreciatoribus præscriptis xij d. In regardo dato Johanni Clerk, sacristæ prioratus Sanctæ Trinitatis Ebor., pro pulsatione campanarum die obitus dictæ defunctæ, in ecclesia Prioratus prædicti celebrata, iiij d. In expensis factis in hospitio dictæ defunctæ a die mortis suæ, viz. a vigilia Sancti Georgii Martiris ultimo præterito, usque ad xiiij diem mensis Maii proximo sequentem, vj s. viij d. In consimilibus expensis executorum equitantium ad deliberandum diversa legata in testamento dictæ defunctæ v s. Et pro scriptione hujus inventarii cum copia ejusdem v s. *Summa* lxiij s. iiij d.

Summa totalis omnium solutionum, expensarum, et allocationum, lxxxxj li. iiij s. ij d. ob. *Et sic remanent in manibus executorum* xxviij li. xviij s. viij d. De quibus executores prædicti petunt allocari de xiiij li. solutis domino Roberto Foxholes, capellano, celebranti Divina apud Sywardby, pro anima defunctæ, et animabus quibus tenebatur, per iij annos, finientes in festo Pentecostis, anno Domini MCCCCLxxj^mo^, ad voluntatem dictæ defunctæ. *Summa* xiiij li.

Necnon sæpedicti executores dicunt se solvisse pro j lapide jacente super corpus supradictæ Elizabethæ, defunctæ, in ecclesia Beatæ Mariæ Virginis, super Bisshophill, in civitate Ebor.,* una cum cariagio, operatione, ac scriptura de auricalco in eodem lapide, xx s. xj d. Et dicunt se solvisse pro victualibus Elizabethæ Sywardby, filiæ Johannis Sywardby, commensalis cum Priorissa de Nonmunkton, a festo Paschæ anno Domini

* It appears from this that Mrs. Sewerby was buried in one of the churches on Bishophill in York.

